

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput primum. De literis et literarum regulis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1559>



CAPUT PRIMUM.

De Literis & Literarum Regulis.



AMET SI quorundam * doctorum sit opinio, veteres *Francos* aut nullas habuisse literas, ante receptam Christianam fidem, aut nulla ante id tempus monumenta scripsisse; in contrariam tamen ut fere eam sententiam, auctor est *Eginhartus*, *Karli Magni* gener & cancellarius, in + libro, quem de ejus vita composuit; ubi narrat eum *barbara* & *antiquissima carmina*, quibus *veterum regum actus* & *bella canebantur*, *scripsisse*, *memoriæque tradidisse*. Etenim *barbara* & *antiquissima*, ni fallor, vocat *carmina*, quibus veteres *Germanorum* poëtæ res gestas suorum regum ducumque patrio suo sermone descriperunt. Quemadmodum enim veteres *Galli* & *Britanni* *BARDOS* suos *DRUIDAS* que, & *Cimbri* sive *Dani* veteres *SCALDOS* sive *SCALDROS* suos habuerunt, qui he-

roum præclara facinora, vitasque canebant, & carminibus scriptis ante multa secula posteris relinquebant: sic priscos *Germanos* & suos poëtas habuisse verisimile est, qui principum suorum res gestas celebrarent, & scriptis longe ante *Karli M.* tempora libris heroica majorum exempla nepotibus imitanda traderent. Sic apud + *Tacitum* legimus, *Germanos* veteres *Arminii Cheruscorum* principis laudes post mortem cecinisse, & ** *patrium suum Deum*, *filiumque ejus Mannum*, *gentis suæ conditorem*, *carminibus* (quod unum apud illos annalium genus est) antiquis celebraſe.

Hæc antiquorum poetarum carmina *barbara* vocat *Eginhartus*, quod *Gothico*, sive vetustiori sermone *Germanico*, quo atavi & atavorum proavi usi erant, scripta, non intelligebant magis istius ævi *Franco-Germani*, quam, qui jam degunt, eorum posteri libros *Francice* scriptos intelligunt; aut *Anglorum* gens, *Saxonum* & *Danorum* nepotes, *Anglo-Saxonice* sive *Dano-Saxonice* scriptos codices jam nunc facile intelligere possunt. Quemadmodum enim *Theotisca* lingua, qua usi sunt *Francones*, *Karlo M.* regnante, vetus *Germanica* sive *Theotonica* (alias *Teutonica*) nunc dicitur: sic *Gothica* illa magis primæva sive vetustior *Theotonica*, quam magnifico ore, non tantum *Ariosto* regnante, ante M.DCCXL annos, sed quam, *Faramundo* imperante, ante mille & ducentos

* Inter quos G. Job. Vossius. de hist. Lat. in *Hunibaldo*. Nec enim veteres *Germani* gesta sua mandabant literis, quas nesciebant. At ille ferrei oris & plumbei cordis *Hunibaldus*, non modo promit his indicta, sed plane repugnantia. Quare *Hunibaldus* eo loco babendus est quo *Berosus*, *Annii*, & similis farinæ scriptores. Vide etiam *Genebrardum* ad annum *Christi* cccc.XXVIII. + *Petrus Lambecius* in comment. de bibliotheca *Cæsarea*, lib. II. cap. VI. p. 263, exhibet hujus libri loca nonnulla, non ut vulgo leguntur in impressis codd. sed ita ut ea repperit in vetustissimo ms *Cæsareo*. + In fine lib. II. *Annal.* Ceterum *Ar-*

minius -- dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie *Germaniae*, & qui non primordia populi Romani, sicut alii reges, ducesque; sed florentissimum imperium lacoſſierit, preliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiaz explevit, caniturque abhuc barbaras apud gentes, Græcorum Annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi. ** De mor. Germ. Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memorie & annalium genus est) *Tuisconem Deum terra editum*, & filium *Mannum*, originem gentis, conditoresque.

GRAMMATICA

^a circiter annos, locuti sunt *Germani*, vetus quoque *Theotisca* sive *Germanica* non poterat non dici, quo tempore *Eginhartus* scripsit, nono scilicet seculo; carminaque & poëmata in eâ, quibus finge cunque literis scripta, non potuerunt non æque barbara apud *Francos*, nobilissimam *Germanorum* gentem, tunc temporis sonare, ac *Oifridi* carmina ante octingentos circiter annos condita, apud posteros eorum non tantum *Franco-Gallos*, sed *Franco-Germanos*, jam nunc sonant.

De tempore autem, quo scribere coeperunt veteres *Germani*, vel quibus usi sunt literis, ut nihil (heu!) certi haberi potest; ita nihil pro certo tradimus. Certum id autem est, *Helvetios Germanorum* vicinos & socios, *Cæsare* in *Galliam* missos, *Græcis* literis usos fuisse. Monuments etiam tumulosque, in confiniis *Germanie*, *Rhætieque*, *Græcis* literis, ut quidam putabant, ab Ulysse inscriptos, extitisse, ^c *Tacitus* ex aliorum fide narrat; *Græcasque* literas apud *Druidas*, *Gallorum* scriptores, in usu quoque fuisse, in commentariis suis tradit *Cæsar*. Quidni ergo eorum ^b opinioni & ipse accedam, qui *principes* & *sacerdotes Germanorum* *Græcis* pariter literis, antequam *Romanorum* jugo subderentur, monumenta scripsisse arbitrantur. Postea vero quam *Romanis* subacti jacebant *Germani*, & in eorum finibus non praesidia solum ponerentur, sed ductæ etiam inter eos essent *coloniae*; & ad jura tandem municipalia, sedibus fixis, provinciales facti surgerent; non potuerunt ante receptam, ^c *Cludoveo* primo imperante, fidem, quin una cum lingua & literas *Romanas* acciperent, in quibus, si non in *Græciis*, nonnulla carmina aut carminum fragmenta principum res gestas describentia, ad *Karolum* tum *Græcorum*, tum *Latinorum* peritum, & antiquorum imprimis studiolum, perferriri possent forsitan ab iis, quorum intererat ea exquirendo domino suo gratificari. Evidem non ignoro sententia huic nostræ impugnare id, quod à ^d *Tacito* dictum est: scilicet, *literarum secreta apud Germanos*, viros pariter ac fæminas ignorare. sed per *literarum secreta*, literas sive epistolas secretas, quibus ultro citroque missis, apud *Romanos* corrumpi fœminæ solebant, intelligi vult historicus; secundum istud *Suetonii de Nicipa*, quum codicillos Memmii ad Pompeii uxorem de stupro pertulisset. Eum esse sensum verborum, quæ præcedunt & sequuntur, manifestè probant, utpote in quibus ^e ostendit, nulla apud *Germanos* muliebris pudicitia tentamenta neque spectaculorum, neque conviviorum, neque denique literarum secretarum, in usu fuisse. Quare tantum abest, ut pro elementis orationis *literarum secreta* in loco isto sumenda sint; ut ^f *Trithemium*, qui scripsit ante ducentos, decem ademptis, annos, & *Hunibaldo* auctore, tradere non puduit, *Francos*, qui *Marcomero* duce, de *Scytharum* finibus ante *Christum* natum egressi sunt; & ut ille scribit à *Saxonibus* fratribus ad ostia *Rheni* fides acceperunt, bella cum *Romanis* & *Gallis* pene continua habuisse, & literas *Romanorum* tandem acceptas cum forma scripturaræ servâsse, & linguam eorum didicisse. Idem *Hunibaldo* etiam auctore, tradit *Waſtaldum* quendam *Franco-Theotiscum* res, quas gerebant reges, duces & principes, per annos ferme septingentos & quinquaginta octo, patro ferme, sed suis characteribus scripsisse. ^h Quos quidem characteres sculptos in suo libro exhibuit *Trithemius*, monens lectorem se illos è codice, qui præ vetustate vix legi poterat, sumisset, atque ideo veritum esse, ne deceptus eos male effigiasset. Monet etiam eorum nonnullos *Græcis* esse similes, ut elementum primum, quartum, septimum, octavum, undecimum, decimum quintum, decimum septimum, decimum octavum, vicesimum quartum. Cætera etiam fere omnia *Græca* sunt aut transversa, aut inversa, ut secundum, tertium, quintum, decimum-tertium, decimum-sextum. Duodecimum autem, quod ⁱ m respondet, *Runicum* est, ut in voce **QUIDEM**, quæ à scriptore vetustissimi codicis evangeliorum *Lychfeildensis* in uncialibus sic exarata **Ϙ舅Ϙ舅** conspicitur, in initio evangelii *S. Lucæ*. Decimum nonum manifeste formatur ex *T* & *h*. vicesimum est *Y* transversum. Sextum autem, quod *Græcorum* *ζ* respondet, ut & vicesimum-primum, vicesimum-secundum, vicesimum-tertium, peculiaris formæ characteres sunt, ut in adjecta tabella videre est.

Idem etiam aliud Alphabetum, in *Hunnibaldi* codice repertum, suis characteribus exhibuit sic inscriptum: **ALPHABETUM FRANCORUM QUOD DORACUS INVENIT**. vide appositam tabellam. ^j In hoc alphabeto, elementum primum & decimum-sextum, quæ *A* & *O* respondent, cernentur etiam absque transversa virgula in unciali scriptura cod. *Lychfeildensis*, illud in **Ϙ舅T舅M**, hoc in **Ϙ舅Q舅N舅A舅M舅**, utrumque in ^m GENERATIO & ⁿ GENERATIONIS; quæ omnia sic scribuntur,

Ϙ舅T舅M. Ϙ舅Q舅N舅. Ζ舅E舅R舅E舅T舅I舅L舅.

Duodecimum autem media linea producta (*Ψ*) pro *Runico* habendum est, ut & decimum-tertium sive *M*. alterum, si, ut istud in *Waſtaldi* alphabeto, transversum lineam haberet. Notandum quoque est

^a In libello de moribus *Germanorum*. ^b *Germanos* olim literas habuisse à *Græcis* plurimorum opinio tenet; *Johan. Trithemius* abbas. lib. polygraphiæ sexto. ^c *Cludoveus*, Gallice *Clous*, baptizatus erat Anno Dom. cccc.xcv. ^d In libro de moribus *Germanorum*. ^e Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ. Literarum secreta viri pariter ac fæminæ ignorant. paucissima in tam numerosa gente adulteria. ^f Polygraphiæ lib. sexto. ^g Scripsit *Hunibaldus* vel *Hunnibalus* historiam suæ gentis. An. Dom. 944. ^h Ex his constat, *Trithemium*, virum seculi sui doctissimum, non ita de *Hunibaldo* sensisse, ac *Gerardus J. Vossius*. ⁱ Alphabeti hujus & superioris, cum codicis *Lychfeildensis*, ante *M*. annos scripti, uncialibus literis, convenientia ostendit *Ger. Joh. Vossium* haud adeo æquum *Hunibaldi* censem fuisse. ^k In evangelio secundum *S. Matth. I. 18*. ^l *Luc. I. 1*. ^m *Matth. I. 18*. ⁿ *Matth. I. 1*.

tum

FRANCOTHEOTISCA

T A B E L L A

Alphabetum Nortmannorum, è Trithemio.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. W.
α. B. γ. β. ε. P. ζ. H. π. ι. ρ. ς. η. ιε. ιρ. ιη. ιθ. Κ. Κε. Κβ. Κν. Κσ.

Alphabetum Wastbaldi.

λ. υ. λ. Δ. Θ. ε. ή. ο. η. ή. λ. Ή. Ζ. Χ. ο. ε. Ρ. ε. Τ. Κ. Ι. Κ. Η. Α. ω.
ζ. β. γ. δ. ε. ζ. ε. Θ. ι. Κ. Ή. μ. ν. χ. ο. Ρ. ρ. Σ. έ. γ. Ρ. ο. Γ. ο.

*Alphabetum Francorum quod Doracu*s* invenit*

Alphabetum Nortmannorum, è Hrabano Mauro.

ase. birith. chen. thorn. ech. fech. gibu. hagale. his gile. lagie. man. not. othil. pere. chon. rehir. Sugil. tae. hur. halach. huyri. ziu.
Է Յ Ւ Ա Ր Խ Հ Ի Վ Մ Փ Է Կ Կ Կ Վ Ր Ւ Դ Վ Վ Վ

Alphabetum Nortmannorum, Bedanum.

Х. Й. Л. П. А. Ш. № 4. Н. И. Г.

a b c d e f g h i K L m n o p q r s t v x y z w

Alphabetum Secretum Caroli M.

g. h. i. K. L. m. n. o. p. q. r. s. t. 6.

Alphabetum Francicum, è Codice Cottoniano. Caligula A.7.

AΛ,Bb,Cε,Dθ,Eε,Ef,Φε,Gε,Gε,Hι,Kκ,Lλ,Lλ,Mμ,Mμ,Ω,ΝΝ
α b c d ee f ε h h i k k k l m n

QOP, QRS, TTVUW, XX. f. b.

o.p.p.q.r.r.s. t. u.u.u. y. z.z. b.d.d.f.

Alphabetum Francicum, è Juniano Codice. n. 25.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. *firalis*. o. p. q. r. s. t. u. w. x.

acc. b. c. d. d. e. F. g. g. h. i.

Alphabetum ex numismatis.

AΛΑΛΑΥΑΛΑΧΑ,BBΣ,CΕΦΕΦ,C,DPP,FΩΔΔ,ΕΕΕΕΙC,FΛR,

G G C C G G E E S S, H h k K I I, K K h R R R, L F V A G V M M H M O O, N N

И Н Н Н Н И З н , О Ω ω π ο ς , Ρ Γ ρ , Κ Α , Ρ Α Ρ Η Ο Ν Ζ Α Ζ , Σ Ζ

dno. da. he. ma. mp. hp. ne. th. te. us or os. vat. va. vs. vs. vr. rex. et. nth.

N. D. D. H. M. M. P. H. N. E. O. T. ^{Amur. scris. et sulp.} V. A. V. W. R. Z. N.
A 2 tura

GRAMMATICA

rum duodecimum elementum quod denotat M, & decimum-octavum, quo PH denotatur, eodem modo formari, scilicet per III, ut in codice Lychfeildensi m, & p, vel forsitan ph, per H, ut constat per vocem QUONIAM in principio evang. Luc. & vocem SCRIPTUM CERIUM. Marc. 1, 2.

Hrabanus etiam Maurus, ad finem tertii voluminis operum suorum, literas Marcomannorum, quos & Nortmannos vocat, effigias posuit; in hoc hallucinatus, quod Runarum nescius, secretas eas esse putavit, in quibus carmina sua magica, incantationes & divinationes scripsierunt, qui paganis ritibus utebantur. Non autem arcanæ sive magicæ runæ, sed communes & literariæ fere omnes sunt, quibus peregrina, scilicet Francica nomina data sunt, ad potestates earum significandas, ut ex tabella constat. Alphabetum istud cum alio quodam Nortmannorum in multis convenit, quod apud Bedam repertum se exarasse scribit Trithemius. nec dubitandum arbitror, quin in omnibus exacte conveniret cum Bedæ dicto alphabeto, si characteres ejus vere & exacte exarati essent. In tabella autem videoas quomodo apud Trithemium exarantur.

Hujus Bedani alphabeti quatuor primæ literæ, ut & sexta, decima-septima & octava convenienter plane cum iis ejusdem formæ in Hrabani alphabeto; septima etiam litera in utroque eadem est, nisi quæ in Bedæ alphabeto est transversâ lineâ caret: sic octavæ & decimæ in Bedæ alphabeto deest pars inferior, quæ cernitur in octava & decima Hrabaniani alphabeti litera. Differentias autem inter cæteras, quas præsertim in Bedæ alphabeto literarum mala positio & mali ductus faciunt, lectori obserandas relinquo.

Ex his videtur Francos veteres, præter Romanas literas, Gotho-Runicas habuisse, ex quibus cum Græcis & Latinis maxime non suo loco interpositis, & non raro etiam truncatis, distortis, inversis, duplicatis, conjunctis, dimidiatis, transpositis docti eorum secreta alphabeta fecerunt. Hujus generis Karlus M. teste Otfrido, multa excogitavit, quibus per latissimum suum imperium securus uteretur, cum ad duces & præfectos literas mitteret. E quibus id unum, quod Otfridus posteris relinquendum censuit, utpote dignum quod resuscitetur & in novam lucem prodeat, hic exhibere esse nostri arbitramur. Vide tabellam præcedentem.

Præterea similitudo maxima, quæ est Francicæ linguæ cum Mæso-Gothicâ matre, argumento mihi est, & Ulphilanos characteres, sive literas Gotho-Græco-Romanas, ante Karli M. imdorsum & ante Cludovei I. tempora, qui primus RR. Francorum Christianus factus est, ad Francorum veterum notitiam pervenisse. Certe australium illorum Gothorum, qui è Scandia oriundi & profecti, tot nationes Galliae vicinas, & ante & post * Ulphila episcopi tempora, virtute sua fregerunt, Francos, qui linguam eorum cognatam non potuerunt non intelligere, literas, quibus linguam, Ulphila auctore, scripsierunt, diu ignorasse, à me tantum abest ut probabile judicetur, ut contrarium potius, me judice, veri speciem præ se ferre videatur. Sed de hoc quamvis nihil certi statuere possumus, certum id tamen habemus, Karlum M. qui peregrinis literis operam strenuè navarit, veterem Gothicam sive avitam Theotiscam, quæ suæ Francicæ parens erat, studiose didicisse; & antiquissima illa carmina, quæ in ea condita erant, & quibusvis literis, sive Græcis, sive Latinis, sive Runis, sive Ulphilanis, scriptis, tanti fecisse, ut ea plane tanquam dulcissimas & pretiosissimas superiorum seculorum reliquias non describere tantum, sed memoriae mandare haud indignatus est utraque Pallade præstantissimus Cæsar. Barbara, inquam, & antiquissima illa carmina Theotisca quibusvis literis scripta ex vetustis membranis descripta, & memoriae tradidit Imperator. Etenim carmina illa antiqua, quibus veterum RR. bella canebantur, ut & antiqua illa, quibus Tuistonem suum Deum celebrabant veteres Germani, pro carminibus scriptis intelligi possunt non minus, quam de historia scripta id accipi & potest & debet, quod à Psalmographo scribitur: Majores nostri narraverunt nobis, quod operatus sis in temporibus priscis. Certe si carmina sua antiqui Cimbri saxis & rupibus inciderunt, quod unum, ut cum Tacito loquar, apud illos memoriae & annalium genus erat; quidni affirmare ausus sim, carmina illa antiqua, & barbara olim scripta fuisse, quæ scribere, hoc est, describere, & memoriae dein mandare MAGNUS haud gravatus est. O utinam jam extaret augusta illa Bibliotheca, in quâ delicias has suas reposuit imperator! O quam lubens, quam jucundus, ad extremos Carolini imperii fines proficiserer ad legenda antiqua illa, ut ut barbara carmina, in quibus tanquam in clarissimo fonte perlucidas cernere quidem esset voces, phrases, & descriptiones illas rerum poëticas, quæ in Scaldorum, & Saxoniorum poëtarum reliquiis & fragmentis opacæ jacentes nulla fere vel perspicacissimi ingenii arte discerni queunt. Præterea veterem Gothicam sive Theotiscam linguam non intellexit tantum MAGNUS, & in ea carmina, longe ante sua tempora facta, scriptis, sed Francicam suam jam tum inconditam, incultam, & à doctis suæ nationis neglectam primus excoluit & expolire cœpit + Grammaticis institutionibus, quarum ope, ad orthographiæ

* Ulphilas, Mæso-Gothorum episcopus, floruit circiter quarti seculi medium. + Trithemius in libro vi. polygraphiæ sic scribit: Ex Grammaticis Otfredi Monachi Wissenburgensis legimus, quod Carolus Rex Francorum, cognomento Magnus, nationis sue misertus barbariem, Nannone, Theobaldo, Albino, (hoc est Alcuino) & Berengero

adjutoribus, linguam tentavit regulare Germanicam. Cumque, testante Turpino, tam arduum inchoasset opus, crebris bellorum incursionibus retardatus non perfecit, sed morte præventus imperfectum dereliquit; nec surrexit post eum aliis, qui hujus rei curam ad animum revocaret. Otfridus autem jam dictus monachus, Rabani Ful-

& syntaxes regulas reduxit, & quasi ex fero & agresti sermone in civilem & honestum convertit.

Proximus à MAGNO Hrabanus Maurus, qui anno Christi DCCC.XL.VII. ex Abbe Fuldenst in archiepiscopum Moguntinum est electus, linguam Francicam, quam & *Franciscam nominunquam vocamus, excoluit. Is enim, præter glossas Latino-Theotisca de partibus humani corporis à Walafrido Strabo ex dictantis ore exceptas, quæ à Melchiore Goldasto, Tomo II. veterum de rebus Alamannicis, & inter Hrabani opera, (Coloniae Agrippinae, Anno Dom. M.DC.XXVII. sex tomis in folio) editæ sunt, composuit etiam integrum Glossarium Latino-Theotisca in Biblia sacra veteris & novi testamenti, quod nondum editum est. Hujus egregii operis vetustissimum, & ipsa Hrabani ætate exaratum codicem membranaceum cum incredibili gaudio reperit Petrus Lambecius, arcis Ambrasianæ bibliothecam pervolvens, & repertum cum multis aliis præstantissimis MSS. in Bibliothecam Cæsaream Vindebonensem transtulit affervandum.

Post Hrabanum discipulus ejus Otfridus Wizamburgensis maxime omnium perpolivit & elimit patriam linguam, quam à suis, ut barbaram, adeo contemptam memorat, ut ab ea scribenda prorsus abhorrent; aut si scribere dignarentur, in singulis fere verbis à recta scribendi ratione aberrare non verecundati sunt. Is igitur Theotisca sermonem iterum polire & reformare cupiens, Grammaticam Francicam à Karlo imperatore haud consummatam auxit & perfecit, multaque præclara opera Francisce composuit. Petrus Lambecius in comment. de ^abibliotheca Cæsarea, mentionem facit pervetus codicis in membranis exarati, quem cum haud paucis aliis ex bibliotheca arcis Ambrasianæ in Augustam Vindebonensem transferendum curavit; in quo extant Otfredi homiliæ quædam Theotisca in evangelia, quarum Johannes Trithemius meminit, cum paraphrasibus Theotisca ^bEsaïæ prophetæ; ^cin canticum Ezechiae regis Iudeorum; ^din canticum Hannæ; ^ein canticum Moysis; ^fin canticum Habacuc prophetæ; ^gin canticum Moysis, AUDITE COELI; ^hin orationem dominicam; ⁱin canticum Zachariae prophetæ; ^kin canticum beatissimæ virginis; ac denique in symbolum Athanasii, ut inscribi solet. De hoc quidem pretioso MS Lambecius promisit se ex professo tractaturum in libro tertio bibliothecæ Cæsarea Vindebonensis; sed Græcis MS vetantibus quo minus fidem absolveret, tractatum desideratissimum, quem promisit, frustra in libro tertio quæsivimus. Otfridus etiam carmen Theotisca ad monachos Sancti Galli composuit, quod, inquit Petrus Lambecius, Trithemius perperam vocat librum. Extat hoc carmen integrum in antiquissimo codice MS. bibliothecæ Cæsarea sic inscriptus: Otfridus Wizamburgensis Monachus Hartmuatus & Werinberto, Sancti Galli Monasterii Monachus. Idem in Psalterium tria magna volumina in Franciso sermone contexuit, ut Trithemius memorat, in catalogo illustrium Germaniæ virorum; & alia nonnulla, quæ abbatum & monachorum culpâ perdita, ad nostra tempora non pervenerunt. Hujus Psalterii specimen publico dedit P. Lambecius ex authenticæ exemplari, nempe Psalmi primi paraphrasin Theotisca, in commentariorum suorum de biblioth. Cæsarea lib. II. cap. v. Sed paraphrasin hanc, & versionem Psalmorum Teutonicam, Notkeri Labeoni, Abbatii S. Galli, qui ante septingentos annos floruit, adjudicat Jo. Schilterus

densis quondam auditor atque discipulus sub Ludovico pio, Caroli filio, Grammatica illa quamvis imperfecte consecutus, multa scripsit in lingua nostra Germanica, quæ regularis institutionis mirandam videntur sonare gravitatem, carmina enim ad normam lucubravit plura heroico metro simul & elegiaco. Insuper & prosaice nonnulla compo-
suit ad Ludovicum R. Germaniæ, filium Pii Ludovici, & fratrem Lottharii imperatoris. ad O-

garium quoque Archiep. Moguntinum, ad monachos S. Galli, & alios. Hujus fragmenti Grammatices affectus & ego præsentes Alphabeti characteres, de multis extraxi, ne penitus interirent.

* Ex gentili nomine FRANCO fecerunt veteres Germani FRANCISC, FRANCISG, alias FRANKISC, FRANKISG. Unde Latinum FRANCISCUS, quod sœpe legitur in Ernoldi Nigelli poëmate elegiaco de rebus gestis Imp. Ludov. Pii,

Si quis Franciscam mavult referare loqulam.
Cupide Francisco forte repletus eris.
Milite Franciso rura repleta manent.
Coetus erat quidem Franciso germine natus.
Nort, quoque Franciso dicuntur nomine, manni.
Extera namque cohors Franciso more paratur.

Sic apud Eginbartum, in vita Karli M. legitur; vestitu patrio, hoc est Francisco utebatur. Testatur etiam Isidorus Archiep. Hispalensis, lib. XVIII. cap. vi. secures oblongas, quibus Francones olim in bello usi sunt, appellatas fuisse Franciscas. Quintiam Otfridus, lib. I. cap. I. Linguam Francicam vocat die Frenkiga Zungun. Petr. Lambecius, in comment. de bibliotheca Cæsar. lib. II. cap. v. Verum ut à patriis Suenskuri, & Daniskuri, abjectis durioribus literis ns, formantur Latina, Suecus & Dacus; & ab Anglo-Saxonis

Englisc & Scotisc, abjecta sibilanti literâ, AN-
gleicus, Scoticus: sic à Francisc vel Frankisc, eu-
phoniac causâ, mediæ Latinitatis magistri fece-
runt Francicus, quod magis obtinuit. ^aLib. II.
cap. v. p. 460. ^bEsaïæ cap. XII. ^cEsaïæ
cap. XXXVIII. ^dI lib. Regum, cap. II. ^eExod.
cap. XV. ^fHabacuc, cap. III. ^gDeuteronom. cap.
XXXII. ^hMatth. cap. VI. ⁱLuc. cap. I. ^kLuc.
cap. I. ^lVide Petri Lambecii comment. de bi-
bliotheca Cæsarea Vindebonensi, libro II. cap.
v. pagina 418.

GRAMMATICA

6

Argentoratensis in inscriptione libri, cuius editioni jam incumbit vir cl. de rep. literaria & Arctois, praesertim patriis, musis optime meriturus. Hunc autem codicem Psalmorum, in quo edendo operam navat *Schilterus*, eum esse credo, quem *Beatus Rhenanus* in libro secundo rerum Germanicarum, ubi de *Francorum* veterum agit lingua, testatur se vidisse apud *Johannem Huttichium*, *Argentorati*, ubi nunc è musæo generosi domini de la *Loubere* in publicum proditus est.

Ex omnibus autem *Otfredi* operibus, quæ *Theotisce* scripsit, maxime percrebuit volumen pseudo-rythmicum evangeliorum in quinque libros distinctum. Hujus esse dicit * *Petrus Lambecius* tria exemplaria; Unum *Frisigense* in principio mutilum, cui *Otfredi* nomen defuit, quod cognitum fuit *Beato Rhenano*, *Wulfrango Lazio*, & *Wiguleo Hundio*. Alterum quod *Matthias Flaccus Illyricus* mendis plenum edidit, Anno M.D.LXXI. & haud recte inscripsit OTFRIDI EVANGELIORUM LIBER. Tertium autem Augustissima *Cæsarea* Bibliotheca possidet, quod *Illyrico* non innotuit, atque cum verutissimo hoc codice *Cæsareo Illyricianam* ejus editionem diligenter contulit *Petrus Lambecius*, Bibliothecæ *Cæsareae* custos; cuius auxilio, in multis, ut par erat, castigavit codicem ab *Illyrico* editum, nonnullaque supplevit, quæ non est hic describendi locus.

Otfridum merito sequitur *Willeramus Abbas + Uspurgensis*, qui *Cantici Canticorum* paraphrasin *Francicam* ante quingentos annos fecit. Hanc primus edidit *Paulus Merula*, Anno M.D.IIC. eamque postea observationibus decoravit *Franciscus Junius F.F.* Anno M.DC.LV. Inter codd. etiam *Francisci Junii* in bibliotheca Bodleiana reposita, extat *Tatiani* harmonia evangelica *Latino-Francica*, manu doctissimi viri illustrata, proclum heu jam diu expectans, cum ejus ad eam Annotatis, & Annotationum fatis ample Auctario.

Extat quoque in Bibliotheca Cottoniana, *Caligula*, A. 7. quasi ex quatuor evangeliis consarcinatus codex unus harmonicus, poeticus & paraphrasticus, qui res gestas servatoris nostri *Secundus* tradit; & qui quum metro, rythmoque, tum orationis structura & stylo cum paraphrasi *Genesios Cædmoni* vulgo adjudicata convenit, ut in Grammaticâ *Anglo-Saxonica* observavimus, & inter *Franco-Theoticos* libros merito numerandus est. Inter *Franco-Theoticos* inquam libros jure recensendus est ille codex, tametsi non desunt, eaque non contemnenda argumenta, quæ me olim ut crederem induxerunt, eum ab aliquo antiquo *Anglo-Saxone* scriptum fuisse, qui florebat haud multo post receptam ab *Anglo-Saxonibus* fidem, circiter Annum DCI, scilicet ante ingressum *Danorum* in anno DCCXCIII. In hoc enim temporis intervallo, *Anglo-Saxones* non potuerunt non quasi loqui & scribere *Franco-Theotisce*, in puro illo & adhuc haud multum adeo mutato sermone, quem majores eorum *Angli* & *Saxones* è *Germania* secum in *Britanniam* tulierunt. Verum ante aliquot menses, lector benevole, sententia mutata, ab *Anglo-Saxonibus* abjudicandum, & *Francorum* non nemini, qui circiter *Karli M.* tempora vixit, adjudicandum censui aureum illum codicem, quem *five Franco-Theoticus*, *five Anglo-Theoticus* sit, plurimi facio; tum quod cæteros omnes *Franco-Theotisce* scriptos, verborum copia & dictions magnificientia antecellit, tum quod vetustate purissimi sermonis proxime accedit ad *argenteum codicem*; cui soli, me judice, à veterum linguarum Septentrionalium studiosis posthabendus est. Ex his codd. ne alios memorem, constat *Francos* veteres, si non ante quam ad fidem conversi fuerint, literas habuerunt, ut docti quidam putant; cum fide tamen à religionis Christianæ doctoribus literas accipisse; eaque tandem receptâ brevi animos appulisse, ut quæ propagando evangelio, ædificandas Ecclesiæ, & morum sanctitati promovendas servirent, ea diligenter scriberent. *Karlus* quidem M. † SS scripturas in patrum sermonem verti jussit, & ut specimina, quæ nobis exhibuit vir maximus *Mabillonius*, demonstrant, non aliis usi sunt Christiani facti *Francones* literis cùm *Franciscè*, quam cùm *Latine* scriberent; scilicet *Romanis* illis, quæ pro more temporis in usu erant. *Franca Tatiani* harmonia evangelica, quæ *Oxonii* inter codd. *Junianos* reposita est, descripta est recenti manu. Cottonianus autem codex ille evang. harmonicus manu ** *Franco-Italica* exaratus est; cuius characteres cum majusculos, tum minusculos in tabella exhibuimus: inter quos conspicuus est *Saxonius* ð & ð, cuius valor aliquando est th, quod sæpe etiam occurrit; & duæ peculiares notæ, nempe þ; & að, quæ ter quaterve pro diphthongo improprio uo ponitur.

Huic duo alia Alphabetata *Francica* adjunxit; quorum alterum, quod etiam *Franco-Italicum* est, ex uno codd. mss. *Francisci Junii F.F.* Alterum autem è vetustis nummis desumitur.

Reg. I. In his alphabetis, numismatum illo excepto, ut in plerisque codd. *five impressis*, *five mss.* quos mihi contigit inspicere, duplex x desideratur, perinde ac apud *Cimbros* & *Mæso-Gothos*. pro ea apud *Francos* in usu erat b̄ bs: ut in uahs vel vahs, *coma*, *cæsaries*. uuahs vel wahs, *cera*. uuahsan, wahsan, *crescere*. ahsla, *bumerus*. fehs, *sex*. uehslan, *decipere*. In editis tamen à *Flacco Illyrico* evang. libris occurrit aliquando duplex x.

II. In codice Cott. ut supra observatum est, frequenter occurunt peculiares illæ notæ þ & ð vel ð, illi & linguæ *Saxonicae* membranis communes. Peculiaris illa þ quandoque ut f, quan-

* Libro supra citato, p. 457. + *Willeramus Abbas Mersburgensis* in *Tribemio*. † Historiæ *Francorum* script. Tom. III. per *Franc. du Chefne*.

** *Franciscus Junius* eum descriptum putat ab

Anglo-Saxone quadam, cum alio tractatu *Anglo-*

Sax. qui ad illius finem adjungitur, de *exorcismis ad reddendos agros fertiles*. a Hanc priorem pro vocali v collocavit inter notas *Lombardicas* auctor libelli de lingua *Gothorum* à *B. Vulcanio* editus.

b Apud *Cimbros* defectus τς x suppletur per *N.

doque

doque ut
habet, he
occurred
ober, super
III. Ar
pronuntia
mut u., m
secundum
IV. In
funt diphi
Az. ut
habenda
Au. ut
Eo. ut
Eu. ut
Jo. ut i
Oi. ut i
Oo. ut
Ua. ut
Ue. ut
Ui. ut
Uo. ut
Uu vel
Uu rel
dam vocib
classe ipsam

VI. Ue
Uie. ut

VII. V
VIII. C
bus pro r
vocales, d
ut unius

A. e. ut
u, corter,
A. i. ut
A. o. u.
E. a. ut
pajser, unl
E. z. he
E. i. ut
qu. riche,
E. o. hui
theron, fide
E. u. epi
I. ii. fin,
I. e. ir, e
sprebhet, la
dil, dife, da
O. e. zo

* Nam in
fuso: princi

doque ut v consonans pronuntianda est. pronuntiatur ut r in sequentibus: uirb, mulier, habda, babuit, heban, cœlum, forgab, dedit. lib, vita, hoib, domus, aula; quod in C. C. scriptum etiam occurrit hof. In sequentibus vero v consonantis potestatem habet; scriban, scribere. obar vel ober, supra. obana, desuper. grabe, sepulchrum; quod in C. C. scribitur etiam grave.

III. At d vel ð perinde ut apud Anglo-Saxones, nunc ut TH, nunc ut DH pronuntianda est. pronuntiatur ut TH in sequentibus: edil, præclarus. quad, quod scribitur etiam quath, dixit. mud os, oris. uuard, quod scribitur etiam uuarth, factum erat. effertur autem ut DH in iis, quæ sequuntur: oder, alius. uurdig, dignus. uuid, contra. stadt, littus. blid, laetus, & sexcentis aliis.

IV. In codice Cott. vocalis i semper exaratur sine puncto in vertice.

V. Consonantium & vocalium numerum ostendunt alphabeta, & ex vocalibus inter se junctis sunt diphthongi, triphthongi, tetraphthongi. En, quos nos inter legendū observavimus, ordine positos.

Diphthongi.

Aa. ut in raad. consilium. aana, absque. nisi duplex A pro A longo potius quam diphthongo habenda sit.

Au. ut in kalauba fides. rauua, quies. Ei, ut in stein, lapis. meistar, magister.

Eo. ut in snoe, nix. seo, mare. seola, anima. leoht, lux. seoc, agrotus.

Eu. ut in seu, mare. Ie. ut in thie, quæ. hie, hic, ille. Ii. ut in siin, esse.

Jo. ut in jo vel joh, particula expletiva. Ju. ut in ju, juh, juch, vobis.

Oi. ut in haloian, ducere. duoian, facere. poeticè pro halan, duan.

Oo. ut in nood, necessitas. scoon, pulcher. Ou. ut in ouch vel ouh, etiam.

Ua. ut in huand, huant, huanta, nam, enim, etenim. guato, bonus. quad, dixit. tua, ad. muat, men.

Ue. ut in fueran, jurare. tuena, duo.

Ui. ut in suin, porcus. suitho, valde. huilic vel huilc, quilibet. bisuichen, prodere.

Uo. ut in guodo, bonus. tuo, ad. suoken, quærere. muot, poßem. giscuop, creavi.

Uu vel w. Quamvis manifestum sit veteres Francos uu vel w pro vau, præsertim ante u, ut * Ofridus in prologo observat, usurpasse; non possum tamen quin credam illam in quibusdam vocibus Anglice w; vel Græcae s potestatem habuisse, atque idcirco in diphthongorum classe ipsam etiam ponendam duximus.

Triphthongi.

VI. Uei. ut in tuein. uuo, ut in uuorolt, mundus. Uuâ. ut in uuânta, vulnera.

Uie. ut in huie, uui, uue, nos. Uoi, uoy. ut in gruoient, crescent. bluoyent, florent.

Tetraphthongi.

VII. Vuio, quomodo. vuie, in vuielih, pro uuelih, uuelich, quis, qualis.

VIII. Observandum quoque est à lingua Francica studiosis, non tantum in diversis auctoriis pro ratione loci & temporis, in quibus vixerunt, sed sèpissime in uno eodemque auctore, vocales, diphthongos, & consonantes asperas, medias & tenues inter se confundi, & mutari; ut unius + vocis in margine scriptura varia, præter exempla, quæ ordine sequuntur, monstrat.

Vocales.

A. e. ut in doupha, douphe, baptismo. à nom. douph, baptismus. aphula, ephela, poma. cortar, corter, grex. armlich ermlich, panper, miser, einago, einego, einigo, unicus.

A. i. ut in fehtan, fehtin, pugnare; & in omnibus verbis infinitivi modi.

A. o. u. ut in hira, hiro, hiru, illorum, arum, orum. A. aa. gedan, gedaan, factus.

E. a. ut in under, untur, sub, subter. crippe, crippa, mandrum, præsepe. legelich, lagilih, unusquisque, unbewollene, unpawollene, immaculata. syllabicum augmentum ge, ga, ke, ka.

E. æ. heizen, hætzen, vocare. cum multis aliis in Strickeri carmine.

E. i. ut in felis, filis, lapis, saxum. ze, zi, ad. over, ovir, super. tegelich, tagilih, unusquisque. riche, riki, regnum. uuer, uuir, quis, aliquis.

E. o. himole, himolo, cælo, à nom. himil. sageta, sageda, dixit. cribbe, cribbo, præsepe. vortheron, fordoron, majoribus. wie, wio, quomodo.

E. u. ephela, aphula, poma. afur, aber, sed, tamen. E. ie. selan, fielan, animæ.

I. ii. fin, siin, eße. fi, fii, fit. gelich, gelich, simili.

I. e. ir, er, vos. wir, wer, nos. wilan, wesan, eße. es, is, id. custi, custe, osculatus est. sprihhet, sprehet, loquitur. bilidi, bilette, exemplum. karati, garode, pararet. peithi, peidi, beithe, ambo. disi, disf, bi. I. u. funstarneffe, funstarneffe, tenebrae. O. a. buon, puan, habitare. vide a, o.

O. e. zo, ze, ad. gioffonota, geophenota aperuit. vide e. o.

* Nam interdum tria uuû, ut puto, querit in tertium vocali sono manente. + Buach, buah, sono: priores duo consonantes, ut mihi videtur, buoch, buoh, puach, puah, puoch, puoh, liber.

GRAMMATICA

8

O. u. tho, du, quum, quando. thero, theru, horum, barum, horum. fido, situ, mos, consuetudo. auor, aur, sed, tamen. leo, seu, mare. io, ju, particula expletiva. O. oo. not, nood, necef-
sitas. scon, scon, pulcher. U. e. suochtun, suochten, quæsiverunt. U. o. vide o. u.

Diphthongi.

Au, ou. raūua, roūua, quies. kalauba, geloūua, fides. Ei. oi. zeigoti, zoigode, oftenderet.
Eo, euu, lex. Ou. eu. froūuen, freūuen, lætari.
Ua, uo. huaten, huoden, custodire. suahtun, suochten, quæsiverunt. muat, muod, affectus, animus.

Consonantes asperæ, tenues, mediæ.

B. f. ob, of, si. wib, wif, mulier. aber, afur, sed, tamen. B. u. wib, wiu, mulier. wiba,
wiua, mulierum. uber, ouer, super, supra.

B. p. brunno, prunno, fons. befueich, pisueih, decepit. bim, pim, sum. bilidi, bilethe, piladi,
exemplum. crippe, criobe, præsepe. beranne, peranne, parere. bi, pi, juxta. buon, puan habitare.
unbewollene, unpawollene, immaculata. brot, prot, panis. beithe, peidi, ambo; ubi etiam d pro
th, & i pro e. buoch, puoch, liber. gescrib, gescrip, scriptura. lob, lop, laus.

C. k. cunning, kuning, rex. cuman, kuman, venire. crippe, krippa, cribbe, kribbo, mandrum,
præsepe. eiscon, eiskon, petere, rogare.

C. g. Iuncfrouwan, jungfrouwan, liberæ adolescentulæ. cunni, gunni, possim. tac, tag, dies.
fleisc, fleisg, caro.

C. h. fleisc, flesh, caro. soso thu imo gabi giuualt iogeuelices fleishes, sicut dedisti ei po-
testatem omnis carnis; Tatian. CLXXVII, I.

Ch. h. hh. mich, mih, me. ich, ih, ego. iuch, iuh, vos. nachlichito, appropinquavit. sprichet,
sprithet, sprihet, loquitur. trinchan, trinhan, bibere. nechein, nehein, nemo, nullus. befueich, pi-
sueih, decepit. gelichnisse, kilihnissa, simulatio, schema. ruacha, ruahha, cura. iegelich, iigilich,
unusquisque. lachan, lahhan, pallium. egeslich, egesligh, terribilis. pruchan, pruahhan, uti, frui.

Ch. k. denchet, denket, cogitat, meditatur.

Ch. gh. iethoch, iethog, quanquam. nechein, neghein, nullus. suochta, suoghta, quæsivit.

Ch. q. chenun, quenun, mulieris. chuit, quit, dicit.

D. t. gardo, garto, hortus. bodo, boto, nuncius. untar, under, sub. viand, fiant, boſia. deda,
teta, fecit, wordon, worton, verbis. liud, liut, populus. scado, scata, umbra. druhtin, trohtin,
truchtin, Dominus. beluchande, piluchante. dac, tac, dies. gitan, gedan, factus, a, um.

D. th. duruh, thuruh, per. bilidi, bilethe, exemplum. fordoron, fortherin, majoribus. kedingue,
gethingue, coercent. frid, frid, pax.

F. b. uuif, vuib, uxoris. F. p. uuif, uuip, mulier.

F. v. fure, vure, pro. fon, von, a, ab, è, ex, de. fiant, viand, inimicus. forderon, vorderin,
majoribus. afur, avur, sed. hoſde, hovde, caput. wif, wiu, mulier. fater, uater, pater.

F. ph. gioffonota, geophenota, aperuit. kemfa, kempha, similes. F. h. craft, craht, potestas.

G. gh. thurg, thurgh, per. G. c. tag, tac, dies. G. h. slagente, slahente, percutientes.

G. k. syllabicum augmentum ge, gi, ga, ke, ki, ka. ut in kinado, genate, propitius sit. gesla-
loda, kisalota, denigravit, decoloravit. kalauba, gelatua, fides. tak, dag, dies. egiso, ekiso, terror.
karati, garode, pararet. disge, diske, mensa. ghet, ket, it, vadit. kereft, gehreft, desideras.

G. i. syllabicum augmentum ge liquefit nonnunquam in je, ut jegivan pro gegivan, datus.

G. q. guot, quot, bonus: si fibbo mannon quotes uuillen, sit pax hominibus bonæ voluntatis.
Tatian. VI. 3. H. hh. sprekhit, sprehit, loquitur.

H. ch. nechein, nechein, nullus. suht, sucht, morbus. lihamo, lichamo, corpus.

H. hh. lihamo, libhamo, corpus. lantsheffi, lantschoffi, regio. mihil, mihil, magnus. suohet,
suohet. queritis.

H omissa. iro, ira pro hiro, hira, illorum, arum, orum. imo pro himo, illi. obde pro hobde.
caput. Hiet thu the heritogo, obar them obde selbes Cristes an cruce scriban, that that uuari
cuning Judeono, tum præses jussit, in cruce scribere super caput ipsius Christi, quod esset rex Iudeorum.

H. etiam præponitur aliquando vocalibus, quæ asperæ esse non debent: hunpuakkhe, idiota.
Gloss. B. 28. cui (inquit Fr. Junius, in notis ad Tat.) vocabulo, si aspirationem, quam rudiora
secula initii vocum à vocali incipientium præmittebant, ademeris, atque insuper duas tresve li-
teras in affines alias permuttere, deprehendes, quod idiota nostris diebus est unbuokig. q. d.
expers librorum, & qui nihil unquam vitæ communi utile ex libris hausit.

K. ch. werkon, werchon, operibus. riki, riche, regnum. K. c. vide c. k.

K. g. kimisgetan, gemisketan, mixtus. ket, geht, ambulat. keiftis, geiftis, spiritus.

K. h. skeff, sheff, navigium. gikalota, gihalota, vocavit.

M. n. sconem, sconen, pulbris. thiernum, thiernun, virginis. tuon, tuom, facere.

P. b. puzza, buzzza, puteus. gescrib, gescrip, scriptura.

P. ph. up, uph. sursum. ephela, appele, poma.

Qu. ch. quenum, chenum, mulieris. quit, chuit, dicit, ait.

Qu. k. kecbrunnan, quecbrunnan, aquam vivam. S. z. thas, thaz, is, iz, id, hoc. zuei, tuei, tuo.

T. d.

T. d. berit, berid, *parit*, fert. hoiuet, hoiued, *caput*. trinchan, drinchan, *bibere*. touph, douth, *baptismus*. unte, unde, & wat, wad, *vestimentum*. kiwatomet, gewadodet, *vestitus*. kilalota, gefaloda, *decoloravit*. not, nood, *necessitas*. leithan, leidan, *pati*. giwalt, gewald, *potestas*. vide d. t.

T. th. gelathode, giladoti, *vocarem*. tur, dur, *fores*.

Th. d. thuruh, duruh, per. fortheron, fordoron, vorderin, *majoribus*. then, den, illis. thin, din, *tuus*. werthen, werden, *fieri*. peidi, beithe, *ambo*.

Tf. ft. ueets, ueest, uuets thu, ueest thu, *scisne?*

V. f. veghtan, fehtan, *pugnare*. auur, afur, *sed*. vide f. v.

U. a. thiernum, thiernun, thiernan, *virginis*. U. uo. tur, tuor, *ostium*.

Z. f. thaz, thas, *hoc*. iz, is, *is*, id. Z. t. thaz, that, *hoc*. cum multis aliis.

Z. ft. muoz, muost, *possem*.

Z. zh. ut in belazh, *dimitte*. firlozen, *dimittimus*. dazh, ut, *quod*. pro belaz, firlozen, daz. sic izh pro iz, id. zheichen, pro zeichen, *signum*. Petri Lambecii comment. de biblioth. Cæs. lib. ii. p. 462.

IX. Præterea notandum est, non solum cognatas consonantes invicem confundi in lingua *Francicæ*, sed in duplices etiam ejusdem organi mutari: ut in wedan, watten, *vestire*. deda, teta, dette, fecit. sido, situ, siddi, *mos*, *consuetudo*. therro, therro, *horum*, *barum*, *borum*. Huc spectat regula tyronibus imprimis observanda de U&O paragogico, quibus apud *Francos* voces producuntur, ut apud *Mæso-Gothos* in +**N**, **Nh**: sic à gemes, *eamus*, duplicato s, gemesso; ambahtituno pro ambahtitun, *ministrabant*; hebbiu, pro hebbe, *babeo*; alliu pro alli t alle, *omnia*.

X. Huc etiam referenda sunt regulæ de varia terminatione adjectivorum masculini & feminini generis in recto casu singularis numeri. Regulæ etiam de multiplici terminatione adjectivorum dativi & ablativi casus in plurali numero in an, en, in, on, un, am, em, im, om, um. Regulæ quoque de terminatione verborum in omnibus fere modis & modorum temporibus utriusque numeri, præsertim de terminatione infinitivi in an, en, in, on. Regulæ denique de terminatione substantivorum omnium ferè declinationum in plerisque casibus utriusque numeri; ex quibus percipiet lector curiosus, quam varia, incerta & inconstans fuit apud *Franco-Theoticos* auctores, pro loco & tempore, scribendi ratio. Incertæ hujus incultæque scriptio rationis ipsi *Francis* imputat *Otfridus* in sua ad *Luitbertum Moguntiacensem* Archiepiscopum epistola, quam præmisit rhythmicæ translationi evangeliorum. In præfatione etiam *Franciscam* linguam *barbarem*, *agrestem*, *indisciplinabilem* vocat, *scriptuque difficilem*, & *insuetam capi regulari fræno Grammaticæ artus* affirmat, graviter de suorum negligentia querens, & de contemptu, in quo habebant *patriam linguam*, cum *Græcam*, & *Latinam* diligenter colerent, & pro summo dedecore haberent in eis scribendis, vel una literula orthographiam violare. Hanc autem querimoniam de majoribus suis *Otfredi* non injustam fuisse ostendit fragmentum periphraesticum, & ut videtur, metricum, & pleudorythmicum infra positum lingua *Francicæ* barbarismis & sollicitismis plenum, quod *Petrus Lamb.* exhibit in comment. de biblioth. *Cæsarea*, lib. ii. cap. 5. p. 383. Desumptis id vir doctissimus ex vetusto codice, *Caroli Magni* tempore scripto. Continet autem disputationem *Christi* cum muliere *Samaritana*, atque hic, quatenus fieri potuit per vetustatem lingua & scripturæ barbariem, quibus lectu & intellectu difficile redditur, *Latinum* factum ob oculos lectori ponere ab instituto nostro nec alienum, nec inutile duco:

Lesen uuir, that fuori ther Heilant fart muodi zeuntarne uuizzun thaz er zeinen brunnen kisaz. Quam fone Samario quein ena fario scephan thaz uuazzer. Thannanoh fo faz ar. vurbon fina thegana besina lipleita. bat er sich ketrincan daz uip thaz ther thara quam. Biuuaz ketost thu guot man daz ih thir geba trincan. Ia ne nezant uuizze Xrist thei judon unlera uaast. Uuip, obe thu uuissis uielih Gotes gift is, unte den erkantis mit themo do kosotis tu batis dir unnen fines kecprunnen. Difiu büzza ist fo tiuf, zedero ih hei mina liuf, noh tu ne habis kiscirres, daz thu des kiscephe. uuuar maht thu guot man neman quecprunnan. Ne bist tu liuten kelop mer than Iacob ther ga[-bita uns] brunnan tranc eran joh fina man finiu smale ***** uuazzer. Ther trinkit thiz uuazzer der ***** der afar trinchit daz min lazit ***** Got imon pruston in euuon mit luston. Herro ih thi thichoze dir thaz uuazzer gabist du mir daz ih mer ubar tac ne liufi hera durstac uuib. Tu dih anne vært hole herra dinan virt. Siu quat sus, libiti commen ne habit. Uueiz ih daz du uuuar segist, daz du commen ne hebist. du habitos her finfe dir zi uolliste, dæz mattu sichure fin nu hebist ein der ni is din. Herro in thir uuigit lcin daz thu maht. forunsergiborana betoton hia in berega. unser altmaga suchton hia genada, tho hir sagent kicorana thia bita in Hierosolem:

Legimus, quod abiit Jesus fatigatus itinere, ut docendi causa sederet supra [apud] fontem. venit mulier de Samaria diligenter haurire aquam. Cum sic sederet, abierunt illius discipuli, ut cibos suos emerent. Rogavit mulierem, quæ illuc venerat, ut sibi potum daret. Quomodo tu (inquit illa) bone vir, poscis ut tibi potum darem. (Respondit ille) mulier, si scires quodnam donum Dei est, & nosceres illum quocum nunc colloqueris, tu tibi peteres donum ejus aquæ vivæ. (replicat mulier) puteus hic adeo profundus es neque tu habes fistulam,

+Vide Glossarium Gothicum Francisci Junii F. F. in **N** vel **Nh**. ubi multa hoc spectantia.

GRAMMATICĀ

10

quacum baurias; quomodo ergo, vir bone, potes habere aquam vivam. Secundum populi opinionem non es major Iacobo, qui dedit nobis fontem. ***** qui bibit ex hac aqua, hic ***** qui autem biberit ex mea aqua, Deus in eternum in ejus peccore cum deliciis ***** Domine, supplex tibi, ut mibi des hanc aquam, ut non amplius hoc quotidie currat sitibunda mulier. [dicit ei Iesus] tu autem vade, & voca dominum tuum virum. Sic respondit illa. ut viverem, virum non habeo. Novi verum esse, quod dicis, te non habere virum, quinque enim viros habuisti omnino, ut possis certus esse, te quendam nunc habere, qui non est tuus. Domine videris majores nostri in hoc monte adoraverunt, nostri antiqui cognati hic gratiam quæsiverunt, et si contradicunt qui adorant [manent] in Hierusalem.

XI. Notet etiam lector Anglo-Saxonicae linguae peritus, Francos Anglo-Saxonum A in E I ple-runque mutare. sic pro an, unus, scribunt ein. Pro ban, os, offis, bein. Pro dal vel daele, pars, deil. Pro gast, spiritus, geist. Pro ham, domus, heim. Pro lad, detestabilis, leid. Pro man, manus, mein. Mutant etiam Anglo-Saxonum T, in z vel s; ut in thaz vel thas, pro that, his, his, iz, is, pro hrt. ziohan, ducere, pro teohan. ze, zi, zo, ad, pro to. puz, puteus, pro pyt. zaharin, pro tæherum, lachrymis. gezelt, pro getelt, tentorium. heizan, pro hetan vel hætan, jubere.

CAPUT SECUNDUM.

De Articulis

I. **A**RTICULUS, ut cum Grammaticis loquar, est vel *definitus*, vel *indefinitus*.
II. Articulus definitus est pars orationis, quam è pronomini penuario mutuantur Franco-Theotisci ad determinandam vagam & incertam nominis substantivi significacionem, sive ad denotandam rem aliquam certam, vel designandam alicujus rei excellentiam.
III. Triplex autem est articulus definitus. Masculinus, foemininus & neuter. Masculinus ther, der, den, dir, thie, the, se. Foemininus thi, diu, thie, the, tha. Neuter thaz, thas, that; & sic declinantur.

Numerus singularis.

N. + Ther, der, dir, den, thie, the, se, hic, i.	N. Thiu, diu, thie, the, tha, hoc, i.	N. Thaz, thas, that, hoc, i.
G. Thes, des.	G. * Thero, therro,-u, thiro, thirro,-u, thera, theru, ther, dera, der.	G. Thes.
D. Themo, demo, them, dem, tham.	D. * Thero, therro,-u, thiro, thirro,-u, thera, theru, ther.	D. Themo, them, & thi.
Acc. Then, thene, thena.	Acc. Thiu, diu, dia, thie, the,	Acc. Thaz, thas, that.
Abl. Themo, demo, them, dem, tham.	Abl. ut gen. & dat.	Abl. Themo, them.

Exempla generis masculini.

Nom. Ther, der, dir, den, thie, the, se. Thuo ther cuning gelaz upho sinemo stuole, *cum rex federet in solio suo.* w. 16. Ther stanc thines mundes is famo ther suoten ephelo, *odororis tui est sicut suarivm pomorum.* w. 137. Niet te mer than ther mano jeht lightes hauet van himo selvemo, non magis quam luna aliquid lucis à seipsa habet. w. 116. Hic notet lector quod ++ mano lunam significans in Francico sermone est masculini generis, ut & sunna solem significans foeminini; sequitur enim in loco citato, also thi funna, *sicut sol.* Ther min dilectus, ther verus Solomon, ther mit sinemo dootha suona hauet gemachot inter Deum & hominem, dilectus ille meus, ille verus Solomon, qui reconciliationem fecit inter Deum & hominem. w. So dede imi Got also dir gollsmiit düt, ita cum illis Deus, sicut aurifaber, egit. S. Ann. Zin Duringen du dir fiddi was, *Thuringis tunc moris erat.* S. Ann. Was iru den sun drut, erat ei filius charus,

† Articulus Germanicè declinatus sic se habet:			** Poeticè therero & therera: quam engil ir
Nom. Der.	Nom. Die.	Nom. Das.	himile, braht er therera uuorolti diuri si arundi.
Gen. Des.	Gen. Der.	Gen. Des.	venit angelus ex cælo, portavit ad mundum tam
Dat. Dem.	Dat. Der.	Dat. Dem.	gratum nuncium. Ofr. kuning therero liuto,
Acc. Den.	Acc. Die.	Acc. Das.	rex populi. Ofr. † Vide Grammaticam Anglo-
Abl. Dem.	Abl. Der.	Abl. Dem.	Saxonicam, cap. iv. regula 27.

Ofrid.